

Schriftstück enthält eine Ausführung der rechtlichen Grundlagen, auf die die abgefallenen Kardinäle ihr Vorgehen stützen zu können glaubten; es musste daher in ihrem eigenen Interesse liegen, ihm eine möglichst weite Verbreitung zu verschaffen. Dass es selbst kleineren Reichsständen in Abschrift übersandt wurde, zeigt uns das folgende bisher unbekannte Antwortschreiben des Grafen Hermann (II.) von Cilli und Zogorien¹, das uns die Danziger Hs. sogar an zwei Stellen² überliefert hat:

Sacro et dignissimo reverendissimorum in Christo patrum ac dominorum sacrosancte Romane ecclesie collegio presens littera cum devocione et reverencia presentetur^a.

Reverendissimi in Christo patres ac domini, nostris serviciis cum omni complacendi fervore premissis. Litteras reverendissimarum p(aternitatum) v(estrarum) per discretum virum Io. Stalberg^b canonicum Pinguensem cum omni reverencia recepimus et votive die Mercurii VI. mensis Iunii ipsarumque intellecto tenore die Iovis immediate sequente in aula^c nostra deambulatoria prope nostrum palacium extra muros Cilie, ubi nobiscum aderat illustris ac carissimus gener noster dominus Henricus Goricie comes^d generosique et magnifici nostri filii domini comites Fredericus, Hermannus et Lodovicus multique generosi spectabiles barones, ministeriales, milites, nobiles et diversi plebani^e, prelati, cappellani et sacerdotes curie nostre cum^f curie nostre curialibus, in quorum presenciis litteras vestras appellacionis^g et scripturas vulgarizari fecimus alta et intelligibili voce per venerabilem^h et circumspectum virum dominum Io. de Mila prepositum Erffordensem carum et dilectum nostrum consiliariumⁱ ipsisque appellacioni et provocacioni cum omnibus magnatibus illustribus etc. supradictis adhesimus et volumus adherere facereque et prosequi omnia et singula, prout sumus per easdem vestras litteras^k requisiti, executique sumus adstatim et ad inducendum alios principes et prelatos misimus et mittemus vestras litteras et nuncios, facturi in hiis et aliis, quicquid eve-

a) Sacro . . . presentetur *om.* 2. b) Stalberger 2. c) Angia 2.
d) Heynricus comes Goricie 2. e) plebani *om.* 2. f) curie nostre
cum *om.* 1. g) appellacioni 1, appellacionum 2. h) honorabilem 2.
i) conciliarium 1. k) litteras vestras 2.

1) Vgl. über ihn und seine Kinder Krones, Die Freien von Saneck und ihre Chronik als Grafen von Cilli 2, 73 ff. und 207 ff. 2) Bl. 91^b und 162; ich notiere die Abweichungen beider Abschriften mit den Ziffern 1 und 2.